

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3880

Auteur(s) : Philippe III le Hardi, France (roi)

Bénéficiaire(s) : La Bonneville-sur-Iton, Notre-Dame de La Noë (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1280, juillet

Lieu d'émission : Paris

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Philippe [III], roi de France, accorde à l'abbé et aux moines de La Noë de posséder leurs acquêts qu'ils ont faits à Évreux et dans la châtelainie d'Évreux.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 948, p. 238-239.

b. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissay, 1862, t. 1, p. 364.

Texte établi d'après a

Philippus, Dei gratia, Francorum rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod, sicut intelleximus, abbas et conventus de Noa, Cisterciensis ordinis, Ebroicensis dyocesis, post tempus nostra ordinatione prefinutum adquisierunt in feodis et retrofeodis nostris res inferius nominatas, videlicet : ex donatione facta eisdem, in castellania Ebroicensi, duodecim denarios annui redditus apud Bonamvillam, in feodo de Viroleto, qui fuerunt Albende de Gaudevilla ; item, in feodo de Alneto, viginti quinque solidos annui redditus apud Sanctum Germanum, qui fuerunt Anquetilli de Sancto Germano ; item in feodo de Villaribus, sexdecim solidos qui fuerunt Roberti Bridol ; item in feodo de Viroleto, sex solidos qui fuerunt Thome de Virolet ; item, in feodo de Hopelande, tres solidos qui fuerunt Gervasii Cornet ; item, in feodo de Viroleto, duas acras terre in parrochia de Bonavilla que fuerunt ejusdem Gervasii ; item, in feodo Mauriti, duos solidos, qui fuerunt Richardi Le Fournier ; item, in feodo de Villaribus, quindecim solidos, qui fuerunt Richardi Berengervilla, presbiteri ; item, in feodo de Berengervilla, viginti solidos qui fuerunt Roberti Guichart, militis ; item, in feodo de Gaudrevilla, viginti quinque solidos, qui fuerunt Guillelmi de Bosco Gencelini, militis ; item, apud Ebroycas, duos solidos, qui fuerunt Nicholai de Buellio ; item, ibidem, triginta duos solidos, qui fuerunt Mathei dicti Houllart presbiteri ; item, tria quarteria bladi et unum boissellum orde ; item, in feodo de Angervilla, duos solidos, qui fuerunt Guillelmi de Maeruel ; item, apud Ebroycas, viginti quatuor solidos, qui fuerunt Gaufridi de Cortellis, et sex solidos sitos in feodo de Alneto, qui fuerunt ejusdem Gaufridi ; item, duodecim denarios, qui fuerunt Radulfi Baronnet ; item, apud Ebroycas, quatuor solidos, qui fuerunt Agnetis La Torte ; item, duodecim denarios, qui fuerunt Johannis de Maeruel ; item, in feodo de Alneto, quinque solidos qui fuerunt Guillelmi de Caugeio ; item, in parrochia Grandis silve, quadraginta solidos, qui fuerunt Johannis de Saceyo, militis ; item, in feodo de Planchis, septem solidos, qui fuerunt Roberti Neel, militis ; item, in feodo de Berengervilla, duos solidos, qui fuerunt Philippi Coci ; item, in feodo de Campo

dolente, duodecim denarios, qui fuerunt Johannis de Campodolente ; item in feodo de Hopelande, unam acram terre, et aliam acram terre in feodo de Grisoliis, que fuerunt Laurentii de Glisoliis, presbiteri ; item, unam domum apud Ebroycas, que fuit Johannis Juas, clerici ; item, in feodo de Maeruel, tres acras terre, que fuerunt Martini dicti Decani ; item, unam gallinam ; item, apud Caugeium, unam acram terre in duabus peciis que fuerunt Alermi Morel ; item, apud Boscum Martini, unam acram terre, que fuit Adeline de Morcenc, anglice ; item, in parrochia de Viroleto, in feodo de Saquenvilla, triginta solidos turon., qui fuerunt Gaufridi Le Bourgoignon ; item, in castellania de Paciaco, quinque solidos, qui fuerunt Petri de Breencort. Item, in feodo de Chambines, sex solidos, qui fuerunt Gaufridi de Vallibus ; item, in feodo de Mesnullis, tres solidos turon., qui fuerunt Johannis Piscis ; item, in feodo de Chambines, duos solidos paris., qui fuerunt Thome de Chalou ; item, in feodo de Ponte Herberti, duos solidos paris., qui fuerunt Laurentii Danten ; item, in feodo de Breencourt, duodecim den. turon., qui fuerunt Garengier Pleyon ; item, in feodo de Chamblines, unam petiam vinee, que fuit Johannis Normanni ; item, duos solidos qui fuerunt Guillelmi Rustici ; item, in feodo de Breencourt, duodecim denar. paris., qui fuerunt Richardi de Lyra ; item, in feodo de Garenceriis, viginti solidos turon., qui fuerunt Johannis Neel, militis ; item, quadraginta solidos turon. in feodo de Ulmis, qui fuerunt Girardi de Sancto Taurino ; item, in castellania de Ponte Arche, in feodo Petri de Damenevilla, in eadem villa de Damenevilla, quinquaginta quinque solidos qui fuerunt Guillelmi L'Escaude ; item, apud Crovillam, viginti solidos, qui fuerunt Johannis Guichart, militis ; item, apud Esquetot, quinque solidos, qui fuerunt Guillelmi de Creches, presbiteri ; item, in castellania de Auribecco, sex solidos ; item, decem solidos, apud Auribeccum, qui fuerunt Guillelmi de Vernolio ; item, in castellania de Aneto, viginti solidos apud Ybreium, qui fuerunt Reginaldi de Esseio, presbiteri ; item, ex emptione, ab eisdem facta, res que sequuntur in feodo de Angervilla, tres solidos qui fuerunt Guillelmi de Campodolente ; item, apud Ebroycas, quatuor solidos, qui fuerunt Johannis Alutarii ; item, apud Ebroicas, octo solidos, qui fuerunt Yvonis de Burgo Theroudi ; item, in feodo de Virolet, octo solidos, qui fuerunt Baldoini Sarot ; item, apud Bonamvillam, duos solidos, qui fuerunt Clementis Cloet ; item, apud Ebroycas, sex solidos sex denarios, qui fuerunt Guillelmi dicti Avenne ; item apud Ebroycas, sex solidos octo denarios, qui fuerunt Guillelmi as Cros ; item, in feodo Fere, quatuor solidos qui fuerunt Sibille Anglice ; item, in feodo de Menillis, duodecim denarios paris., qui fuerunt Johannis Longis ; item, duos solidos, qui fuerunt Thome de Chalou ; item, in castellania Ebroicensi, unam domum apud Ebroicas, que fuit Johannis de Fontibus, item in feodo de Saccyo, duas acras terre, que fuerunt Philippi Disme ; item, in feodo Johanne de Mota, unam petiam prati, que fuit Renaudi Veillart ; item, in feodo de Murgiers, unam acram terre que fuit Petri de Bouceyo ; item, unum domum apud Ebroicas, que fuit Radulfi d'Alancon, presbiteri ; pro quibus acquisitis perpetuo retinendis, predicti abbas et conventus finaverunt cum ballivis nostris Rothomagi et Vernolii, finationem hujusmodi pro nobis recipientibus. Nos autem, finationem hujusmodi ratam et gratam habentes, volumus et concedimus, quantum in nobis est, ut predicti abbas et conventus res predictas, sic acquisitas, possint perpetuo tenere et pacifice possidere, sine coactione vendendi, vel extra manum ponendi, salvo in aliis jure nostro et jure in omnibus quolibet alieno. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo, mense julio.